

IUSTITIA

FIDELITAS

DILIGENTIA

OPERA
HORARUM
SUBCISIVARUM
SIVE
MEDITATIONES
HISTORICÆ AVCTIORES
quam antea editæ.

Continentes accuratum delectum memorabilium Historiarum, & rerum tam veterum, quam recentium, singulari studio iavicum collatarum, quæ omnia lectoribus & ubere admodum fructum, & liberalem pariter oblationem asserere poterunt.

CENTURIA PRIMA.

Vnacum Indice locupletissimo.

PHILIPPO CAMERARIO J.F.
JURISCONSULTO, ET REIPUB. No-
ricæ à Consiliis, auctore.

Cum Gratia & Privilegio Cas. Majest.

FRANCOFURTI,

Typus Hoffmannianis:

Impensis Joachimi Wildij, Bibliopol. Rostoch.

ANNO M DC LVIII.

EXPERIENTIA

VERITAS.

LIBERTAS.





VOTUM ET DEDICATIO

Auctoris. C. S. S.



Ogitationes, conatus, lucubrationes, labores, operæ,
& reliqua, quæ in hoc libro subcistris horis co-
cervata cumulataque sunt, hæc omnia potiss. pu-
blico bono, deinde Pacis quietis atque veritatis,
bonarumque artium & partium, nec non Historiarum Stu-
diosis ingenii dedicata consecrataque sunt. Quæ libami-
na, si Reipub. usui, & ejusmodi hominibus instar Pauli a-
nimi grata acceptaque fuerint, & ex iis non solum delectatiun-
culam, propter varietatem rerum, & similitudinem Histo-
riarum in vicem collatarum; sed etiam nonnullam utilitatem
hauserint, perceperint ve; ex voto auctor litatum censebit.
Sin secus, ea omnia, quæ in hoc libro congesta cumulataque
sunt, pereant potius, delean tur, irrita infectaque sunt. Hæc
sunt præcipua desideria & vota auctoris: Quæsi rata fue-
rint bene actum est, & ire licet ad inchoatas similes operas:
dextris & felicibus auspiciis absolvendum. Sin irrita, inter-
mittuntor, & cæpta tineis pascendis seponuntur.

OPERA
HORARUM
SVBCISIVARVM
SIVE
MEDITATIONES
HISTORICÆ AVCTIORES
quam antea editæ.

Continentes accuratum delectum memorabilium Historiarum, & rerum tam veterum, quam recentium, singulari studio invicem collatarum, quæ omnia lectoribus & uberem admodum fructum, & liberalem pariter oblationem afferre poterunt.

CENTURIA PRIMA.

Vna cum Indice locupletissimo.

PHILIPPO CAMERARIO I. F.

JURISCONSULTO, ET REIPUB. Noticie à Consiliis, auctore.

Cum Gratia & Privilegio Cæs. Majest.

FRANCOFURTI,

Praelo Hoffmanniano:

Impendio Joachimi Wildij, Bibliopol. Rostoch.

ANNO M DC LVIII. 7 eo



A U C T O R
**LECTORIBUS ET TY-
POGRAPHIS**
S D.

VNClibrum auctori ejus ideo *operas*
horarum subcistrarum, sive *meditationes*
Historicas appellare visum fuit, quod
vel confectis, vel sepositis suis labo-
ribus, plerunque propter gravita-
tem rerum & negotiorum, hactur-
bulenta tempestate, injucundis, & molestis, quos
in sua functione saepenumero sustinere cogitur, no
nihil defatigatus, & naufragabundo similis, ad histo-
ricorum libros varios, sed utilissimos, configere, &
veluti adulto vere in hortulo, amoenissimis & fra-
grantibus arboribus, plantis & flosculis, referto, a-
nimum suum, que inadmodum PABVLO quodā,
reficere, ex iis jucunda, memorabilia, & utilia de-
cerpere, atq; sicut apiculæ flores in alveariū suum,